

nunquàm mensurârunt, erint optimi systematici. Sed hos ego alio tempore ridebo nebulones; sic *nullus profeta (sic) in patriâ*. D. Hallerus est durissimus contrâ suum adversarium *. Scripsit ad me quòd non ægrè ferrem, illum coactum fuisse negare nonnulla quæ scripseram, cùm alio modo non liberaretur à viro; ego respondebam me maximè incurium victurum, sed monui amicè quòd desisteret à suis *apologiis*, aliàs fortè fieret, ut aliquis clanculùm adversario subministraret arma, quibus facilè succumberet.

Gratias tibi ago, meo elogio majores, quòd ità me apud illustrem Magnolium commendâsti, ut mihi dono daret suum herbarium; dixisti hoc antè et hoc semper sum si (*sic*), uti experimentum tui candoris et intimæ amicitiaë. Si velit hoc mittere, ut queam inspicere plantas vestræ Floræ, erit hoc inter mundana desideria summum, ut queam flores videre, synonyma et differentias eruere, speciebus meis plantarum inserere; absque quo beneficio benè multas debeo excludere plan-

* L'adversaire de Haller est toujours ici *Hamberger*. Nous connaissons le premier et le second objet de leur polémique, et la manière dont Linné s'y trouva impliqué. Leur querelle était par là déjà arrivée à sa seconde période.